Quæstio Medica

Quodlibetariis disputationibus agitanda In Scholis Medicorum die Jov. 18ª novemb.

D. Jacobo Cusinoto Doctore med. Moderatore spectatiss.

An In Pleuritide præsentius à Phlebotomia, quam à Catharsi Remedium?

Thorax quo partium ad vitam tuendam necessariarum complexu nobilior est, ò gravioribus morbis est opportunior. Inter quos pleuritis, febris acuitate, continuitate, ò doloris acerbitate facile excellit: Quæ vera ò germana si fuerit, sinus membranæ quæ costis subtensa est, vel eorum qui costis intertexti sunt musculorum Inflammatio est. Cui hoc pueri ò qui aetatem [illegible] provectam sunt obnoxii. Alius quidam est, tali tantoque nomine non admodum dignus, Lateris dolor, quem vel flatus nebulosus, vel crudus frigidusque humor externis costarum membranis musculisque Intermixtus procreat: Omnino Spuria pleuritidis.

Omnis generis causæ, ò sæpe contrariæ, In vera pleuritidis generatione concurrunt: sit hæc vel ab Insolatu, Ita ò ab Aquilonio flatu, vel ab excandescentia, labore, coitu, ò æstu, Ita ò à frigida potu: à sanguine vel temperato, Ita ò biliosa aculeis prædito: per humoris ὀργασμὸν superne deorsum, Inferne sursum: per exclusionem partis robustioris, lateris Infirmioris In excipiendo opportunitatem; Solutis denique attractionem. Vel enim attractionis naturalis substantiæ familiaritas, sic etiam non naturalis fuga vacui, calor ò dolor in In causa sunt.

Signorum quibus præsens pleuritis proditur, alia sunt communia vel συμπτώματα, quæ à partium thoracicarum, febris continua quæ à partium nobilium Inflammatione est Inseparabilis: alia propria vel dolor punctorius, qui In peripneumonia nullus, In hepatitide gravans et distendens esse solet, pulsus durus ò serratus, qui visceribus, ac præsertim pulmonibus Inflammatis mollior est, respiratio parva, frequens, ac tanquam geminata, tussis, Crudâ adhuc phlegmone, sicca, sed quæ mox Ipsa maturescente sputis coloratis humectat.

Nec Ista modo pathognomonica, sed et ἐπιγενόμενα consideranda. Nam vel pleuritis In quâ sputum statim apparet morbum breviat, sic et quæ non modo sine sputo manet, sed et sine spalmate, pessima. At parum et sputum procedere multi libere, liberaliter, ò [illegible]. Et Ita vel spirando ægro proficiat vel pleuritides quæ corbo mutantur, sic et pleuritides vacua ac diuturnioris pessimæ. Tam verò vel secundarii omnes morbi ~~primigenii~~ primigeniis sunt calamitosiores, sic et quæ hepatitidis succesione veniunt pleuritides funestæ: quemadmodum et quæ foris Intro convertuntur, ac In pulmonem aut cerebrum propagantur, aut secedunt.

Quâ sponte sanescentes pleuritides nonnunquam, neque turbare oportet, sed sinere. Atque sua quatuor tempora diversa sunt, hæc vel potu sitavo diaphoretico, pectico omninoque calastico; [sic] sincta Anacathartico, medicamento cathartico, maxime verò ò præsertim Phlebotomia Indigent, quæ In morbi genere non modo omnium, sed et adonia præstantissimum est remedium. Nihilaque doloris acerbitatem demulcet, febris ardorem mitigat, spirandi libertatem postliminio reddit, sputum maturat ac promovet. Nec verò ea κενοῦν tantum sed ò ex opposito, nec per Initia modò sed provecto Iam morbo fieri potest. At cathartica sputorum expectorationem motu contrario prohibent, de Inflammata parte nihil detrahunt, sanas partes colliquant, ò profluvii alui thoracicis morbis valde metuendi periculum Inferunt.

Ergo In Pleuritide Præsentius à Phlebotomia, q̃ à Catharsi Remedium.

Ponebat ~~Jacobus~~ Quirinus ~~D'Amboyse~~ Le Vignon Parisinus CIƆ IƆ XCIII

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Domini Doctores Disputaturi.

M. Jacobus Cusinotus Præses. M. Joannes Riolant M. Guillelmus de Baillou

M. Ægidius heron. M. Joannes haultin. M. henricus de Monantheul Prof. Reg.

M. Joannes Beauchesne. M. Sulpitius Rigault. M. michaël Marescot.

De hac quæstione respondit Quirinus Le Vignon loco prædicti Jacobi D'amboyse, qui adulescens tunc Interruptibus Academia. quod hæc thesis henrico 4 Navarræ Regi fuisset Inscripta. attamen anno ~~[illegible]~~ seq.ti 24 apr. eandem [illegible] de [illegible] quæst. thesis conservavit cum esset Rector